

S. PULCHERIA.

(Lectiones.)

Vd.: *Lectiones de Scriptura occurr.*

Ad dubium: In Festo s. Pulcheriae in aliquibus Breviariis Lectiones primi Nocturni assignantur de Virginibus, in aliis de scriptura occurrente.

Quaeritur: quae sint recitandae, si in Breviariis ipsis nulla reperitur concessio?

S. C. resp.: „Deficiente speciali concessione servantur Decreta in Santandarien. die 26. Jan. 1793 et in Valentia 19. Septb. 1801 nimirum: Lectiones de scriptura legendas.“ n. 4669 ad 48 die 12. Nov. 1831.

PULPITUM CONCIONATORIS

(Ornatus).

Pulpitum, ubi sermo recitatur in functione lotionis pedum in fer. V. maj. hebd., debet esse ornatum et non denudatum. 4395 ad 24 die 18. Dec. 1779.

Cf.: *Legile; Ambo.*

Ad dubium 1.: An fer. V. in Coena D., in qua post Completorium fit Mandatum vel lotio pedum et postea concionatur Fidelibus in hac Eccl. Cadi-cen., locus Concionatoris, vulgo *Pulpito*, ornari debeat, ut moris est, colore albo vel potius debeat esse nudus, absque ullo ornatu?

2.: An nocte feriae V. in Coena D., in qua concionatur Fidelibus Sermo de Passione D., locus Concionatoris, vulgo *Pulpito*, ornatus esse debeat colore nigro, violaceo, an potius absque ullo ornatu?

Et S. eadem C. ... rescribendum censuit

ad 1.: „Sine ullo prorsus ornatu.“

ad 2.: „Ut ad proximum.“

N. 5013 ad 1 et 2 die 14. Junii 1845.

Pulpitum, ubi sermo vel concio haberi solet, consentaneum est, pannis sericis ejusdem coloris, cujus sunt caetera paramenta, exornari.

Caer. Ep. l. I. cap. XII. n. 18.

Si Sermo habendus erit in laudem defuncti, Sermocinatorum ascendit pulpitum panno nigro coopertum.

Ibid. l. II. cap. XI. n. 10.

PULVINAR**1) Abbatis in processione.**Cf.: *Genuflexorium Abbatis.*

Non licet occasione processionis SSmi in altaribus per viam erectis Abbati Monasterii s. Sepulchri Parmen. genuflectere super scamno cum tapete et pluvinari. n. 3729 ad 8 die 22. Aug. 1705.

Ad dubium: an Abbatibus Ordin. s. Benedicti Congreg. Militensis status Ragusini pontificalibus indutis et genua flectentibus in actu receptionis et restitutionis ss. Reliquiarum, quae per eosdem in processione deferuntur, sit permittendus usus ejusdem pulvini, quo in eodem actu utuntur tam Archiep. quam Episcopi Suffraganei?

S. C. resp.: Affirmative.

N. 4005 ad 3 die 24. Nov. 1731.

2) Archiepiscopi, Episcopi.

Vd.: *Genuflexorium Archiep.*; *Instructio Clemen.* §. XXIV. n. 3.; *Praes.* (cap. IV.); *Pluvinum; Stratum.*

Imposito incenso ad sedem redit Episcopus ad altare, ubi genuflexus super pulvino incensat SSmum.

Caer. Ep. l. II. cap. XXIII. n. 12.

Poterit (in Matut. tenebrarum) in sede Episcopi adhiberi pulvinar pro ejus commoditate, si voluerint.

Ibid. cap. XXII. n. 17.

3) Cleri inferioris.

Ad dubium: an liceat apponi tapete cum pulvinari ante pedes Praebendati celebrantis, etiam quando descendit, vertendo terga ad altare pro impositione Cinerum ac distributione candel. et palmar. et pro quacunquē alia functione ecclesiastica?

S. C. resp.: Non licere.

N. 3987 ad 1 die 20. Aug. 1729.

Ad dubium: an liceat, etiamsi sequatur casus, quod Magistratus Civitatis vulgo Regidores utatur eodem tapete et pluvinari in iisdem functionibus?

S. C. resp.: Negative.

N. 3987 ad 2 die 20. Aug. 1729; n. 3994 die 9. Dec. 1730.

4) Dignit. et Canon.Cf.: *Pulvinum; Stratum.*

Non competere Dignitatibus usum pulvinarium. n. 2274 ad 3 die 24. Maii 1664.

Non licere Archidiacono uti pulvinari serico sed corio tantum. n. 2514 ad 1 die 13. Sept. 1670.

Prima Dignitas Cathedr. Spolet. non potest uti in Litaniis cantandis pulvinari. n. 2967 ad 8 die 20. Septb. 1681.

Canonicus celebrans mitratus Cath. Panormitanae non potest uti pulvina ad pedes. n. 3052 ad 3 die 22. Apr. 1684.

Primicerio Collegiatae s. Joannis Neapolis in choro non debetur pulvinar ex pelle. n. 3430 ad 5 die 22. Junii 1697.

Praeposito et Decano Cathedralis Herbipolen. in choro et in aliis partibus ejusdem Ecclesiae nec non etiam in aliis Ecclesiis civitatis et dioecesis non licet uti pulvinaribus cum stratis seu tapetibus ex oloserico sive velluto, sed posse permitti pulvinar laneum

coloris violacei. n. 3500 ad 1 et 2 die 22. Nov. 1698.

Non licet Canonico Cathedr. Burgi usus pulvinaris sub genubus in concello et in gradibus altaris Episcopo praesente. n. 3516 ad 1 die 4. Apr. 1699.

Ad dubium: an Canonici Metrop. Urbini celebrantes praesente Archiepiscopo possint uti pulvinari pro genuflectendo?

S. C. resp.: Probetur consuetudo formiter. n. 3549 ad 2 die 23. Jan. 1700.

Ad dubium: an Canonico vel Dignitati Vesperas infra annum cantanti debeat pulvinar et tapete ante ipsum?

S. C. resp.: Absente Episcopo juxta *Caer. Ep.* lib. 2. cap. 3. debetur pulvinar et tapete pro hebdomadario Canonico. n. 3597 ad 7 die 10. Septb. 1701.

Non licet Canonicis in s. functionibus in Ecclesiis extra Cathedrali uti pulvinari. n. 4434 ad 2 die 27. Maii 1788; n. 4063 ad 4 die 3. Aug. 1737.

Non convenire sed debere tam Priorem quam Archidiaconum in choro in suo loco sedere sine strato, prout sedent alii Canonici; indulgendum tamen esse ratione Dignitatis, ut pulvinar tantum corium tam pro Priore quam pro Archidiacono apponatur. n. 451 die 24. Mart. 1612.

Non licet Canonicis usus pulvinaris sub genubus etiam praesente Episcopo in functionibus ecclesiasticis. n. 4585 ad 3 die 20. Apr. 1822.

Ad dubium: Utrum consuetudinis immemorabilis vi liceat Canonico celebranti uti pulvinari pro genuflectendo coram Archiepiscopo?

S. C. resp.: „Probetur formiter asserita consuetudo.“ n. 4672 ad 12 die 12. Nov. 1831.

lana 25. Sept. 1584 apud *Barbosa* de Canonic. cap. 26. n. 14.

PUNCTATOR et CONTRA-PUNCTATOR.

1) Electio, Munus et Salarium.

Ad dubium: An electio Punctatoris facta per Archiepiscopum praeter alium a Capitulo electum stustineatur?

S. C. C. resp.: Affirmative et scribatur Archiepiscopo, ut omnes punctaturas reddat uniformes dispositioni S. C. T.

Die 27. Sept. 1732.

Punctator retinere debet librum in loco publico ibique deficientes adnotare ac librum ostendere cuicumque postulanti. S. C. E. in Pisaurien. 19. Nov. 1649.

Contrapunctator ejusdem Eccl. eligendus est, ut confrontatione, si opus sit, possint detegi fraudes. S. C. E. in Fundana 15. Febr. 1503 et in Licien. 18. Febr. 1602.

Compelli possunt Punctatores ad exhibendum librum Ordinario, non vero ad oretenus eidem quotidie significandum deficientes. S. C. E. in Castellaneten. 20. Aug. 1692.

Potest Episcopus cogere Canonicos ad praestandum Juramentum de fideliter punctando in choro. S. C. C. 17. Mart. 1619 apud *Barbosa* de Canonicis cap. 34. n. 20.

Punctatores, quorum electio spectat ad Capitulum, ut decrevit S. C. C. in Conversanen. 4. Decb. 1706, admonendi sunt, quod si conniventer praetermittunt punctare eos, qui juxta Ecclesiae et Collegii statuta punctandi sunt, tenentur de proprio restituere distributiones, quae accrescerent interessentibus; et ulterius graviter peccant, prout illos monendo tradit Episcopus Gravinen. in suo Tractatu, L'Ecclesiastico in Coro cap. 27. n. 33. his verbis: „Or se nondimeno i Puntatori per riguardi umani d'affetto,

timore, speranza, o qual altro sia, tralasciano di puntare i difettanti, vengono ad essere ladri sfacciati, perchè levando palesemente l'emolumento a chi tocca per ragione di accrescimento, o per altro titolo, lo danno a chi per legge non tocca; Oltre di che si rendono egli stessi rei del disservigio dio Dio sul punto geloso del Divino suo pubblico culto, ed il loco peccato viene a contrarre certo che del grande coram Deo contanto da lui detestato in quei suoi Ministri, i quali retrahebant homines a Sacrificio Domini.“ Sic apud *Monacell.* tom. 4. supplement. ad 1. t. n. 148.

Poena Censurarum imponi non debet non restituenti damnum ex omissione punctandi, sed carceris ad triennium et similium. S. C. E. in Castellaneten. 21. Aug. 1602 apud *Nicol.* in Flosculis verb.: Punctator. n. 6.

Salarium debetur Punctatoribus. S. C. E. in Meliten. 16. Apr. 1602 apud *Nicol.* l. c. n. 5.

Vd.: *Chorus* (egressus, absentia); *Missae* (tempore chori); *Punctat.* (*Cass.*)

2) Persona.

Ad dubium: An Punctator chori possit esse Capellanus amovibilis ad nutum Capituli?

S. C. resp.: Punctatores convenit esse de gremio Cathedr. et residentes in choro.

N. 3597 ad 17 die 10. Sept. 1701.

PUNCTATURA

Presbyteror. in choro interess. fierine debeat?

Vd.: *Chorus*; *Distribut.*; *Fructus*; *Officium* (Oblig. etc.); *Punctandi.*

Nullius Fasani.

(Conc. Tr. cap. 3. sess. 22.; cap. 12. §. *Praeterea* sess. 24. De Ref.)

In Ecclesia Matrice receptitia adscripti sunt quadraginta Sacerdotes,

qui destinatis hebdomadis choro intersunt, omnibusque praest Prior et Curatus Ecclesiae. Ex antiqua consuetudine et decretis in s. visitatione factis anno 1660 ab apostolico visitatore, absentes et tempore statuto non intervenientes choro punctantur. Parochus seu Prior praetendit, immunem esse a punctaturis, si absit a choro et residentia ad bimestre tempus ex facultate ab ordinario sibi concessa juxta disposita in cap. 1. sess. 23. de Reform. E contra nonnulli ex sacerdotibus adscriptis admittunt quidem parochum non esse punctandum, cum inunia parochialia exercet et si absit vel ratione malae valetudinis aut alia de causa legitima et a jure approbata, secus autem si propter sua privata et domestica commoda, eo quia Concilium indulgeat parochis, ut ad duos menses abesse possint, non autem ut lucrentur distributiones aut punctari non debeant in Ecclesiis collegiatis sive receptitiis, in quibus ultra animarum curam etiam choro inserviunt; quare monito procuratore parochi dignentur EE. PP. definire:

An Prior et Curatus Ecclesiae Fasani in casu absentiae a choro etiam ex facultate sibi ab ordinario concessa pro tempore a Concilio permissio punctari debeat?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 28. Nov. et 12. Dec. 1716.

Nepesina.

(Conc. Tr. cap. 3. sess. 21.; cap. 12. sess. 24. De Ref.)

Canonici Cathedralis Ecclesiae Nepesinae ultra Praebendas fixas, quas eorum quilibet obtinet, habent pariter quaedam legata pia cum oneribus missarum ex diversis Testatorum relictis, quaeque distribuuntur inter eosdem Canonicos pro rata, quorum emolumenta exiguntur per Camerarium

Capituli et in fine anni erogantur etiam pro rata iisdem Canonicis missas celebrantibus, retenta tamen ex iisdem emolumentis piorum legatorum favore Interessentium ea quantitate Punctaturarum, quas Canonici absentes a servitio d. Ecclesiae omittere solent, eo quod supponatur in eadem Ecclesia non fuisse adhuc separatam juxta S. C. cap. 3. sess. 21. tertiam partem fructuum Praebendarum convertendam in distributiones quotidianas. Porro Bonaventura Pisanus et Theodosius Ciaglia Canonici ejusdem Cathedralis obtinuerunt jam ab hac S. Cong. Indulta respective abessendi a propria residentia causa Studii, nulla tamen in eisdem Indultis facta mentione perceptionis fructuum sive distributionum; nihilominus praetensionem excitarunt, eos uti Privilegiatos non esse subjectos memoratis Punctaturis, quibus subjici solent reliqui Canonici absentes, neque praedictas Punctaturas detrahi posse ex fructibus d. legatorum piorum vel Praebendarum; hinc recurrerunt ad hanc S. C. pro declaratione. Requisitus de more Episcopus Nepesinus informare pluribus praemissa comprobavit et adversus Canonicos Oratores Votum suum promere videtur, uti latius ex relatione danda in summar. Concordatis itaque infrascriptis dubiis cum Procuratore Capituli in Curia exorarunt hodie EE. VV. ex hinc inde deducendis decidere:

I. *An dicti Canonici Ecclesiae Cathedralis absentes causa studii teneantur solvere Punctaturas?*

Et quatenus affirmative;

II. *an dictae Punctaturae trahi possint ex fructibus legatorum piorum?*

S. C. C. resp. ad I.: Affirmative;

ad II.: Pro praeterito affirmative et in futurum Episcopus provideat

5) Episcopi Titul.

Episcopo titulari in stallo supra omnes Dignitates et Canonicos in choro sedenti non debetur pulvinar sed illo se abstinere debet sicut abstinere Episcopi Canonici Basilicarum Urbis. n. 2648 ad 2 die 12. Aug. 1673.

6) Laicorum.

Vd.: *Genuflexorium Laicorum*; *Magistratus* (sedes); *Instructio Clem.* §. XXV. n. 8–10.; *Genuf. Gubernat.*; *Praes.* (cap. IV.); *Stratum laicor.*

Prohibendum sit Magistratui et Juratis civitatis Gerunden., ne uti valeant sedibus et pluvinaribus cum tapete tam in Ecclesiis quam in alio quocunque loco, in quo debent concurrere sive assistere Episcopus vel Canonici repraesentantes Capitulum. n. 3182 ad 3 die 12. Mart. 1689.

Idem decretum pro Magistratu Buntino. n. 3307 die 18. Apr. 1693.

Non decere Gubernatorem Segorbicen. fer. V. et VI. maj. hebdomadae habere usum pulvinaris serici et nigri. n. 3895 die 5. Dec. 1716.

7) Vicarii gen.

Cf.: *Sedes Vicarii gener.*

Vicarium gen. Episcopi Trojan. sedere debere in choro in loco solito et sine pulvinari. n. 2329 die 20. Junii 1665.

Tam ipsum Archidiaconum quam Vicarium Benevent. uti debere pulvinari ex corio. n. 2534 die 24. Jan. 1671.

Nec pulvinar nec stratum deberi Vicario gener. Cathedralis Urbevetae assistenti in choro, sed sedeat primus inter Dignitates et Canonicos. n. 4062 ad 5 die 3. Aug. 1737; n. 4662 ad 1 die 17. Julii 1830.

PULVINUM.

1) Dignit. et Canonicorum.

Cf.: *Pulvinar*; *Genuflex.* (quibus competit in Urbe?); *Usus Pontifical.* (decr. n. 4593 ad 20); *Instructio Clem.* §. XXV. n. 10.

Ad dubium: An in eodem scamno Canonici celebrantes apponi possint pulvinum sericum vel potius laneum?

Et Emi P. S. eidem C. praepositi ... respondendum censuerunt ut infra, videlicet:

„Servandam esse praefati Caeremonialis dispositionem, sed adhibendum pulvinum vel laneum vel corium.“
Atque ita responderunt et statuerunt. n. 4590 ad 6 die 17. Sept. 1822.

Facta autem de praemissis SSmo D. N. Pio VII. P. M. relatione per infrascriptum Secretarium, S. S. cuncta benigne approbavit Decretumque desuper expediri et publici juris fieri mandavit, Locorum Ordinariis stricte praecipiens, ut omnimodam illius observantiam urgeant.

N. 4590. Die, Mense, Anno, quibus supra.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Dubium hoc cum antecedenti conjungi potest eademque Caeremonialis dispositione utrumque dissolvitur. Ut in illo datur regula circa ornatum sedis seu scamni Celebrantis, ita in isto Celebranti pulvinum conceditur apponendum in sede alterumque in scamno seu genuflexorio, super quo ponetur liber. Quaestio igitur dumtaxat versatur circa pulvini qualitatem, de qua silet Caeremoniale: verum ex S. C. Decretis id facile colligi potest; nam hac super re propositis dubiis eadem S. C. aperte reprobavit damnavitque abusum adhibendum pulvinum sub genubus vel ad pedes Dignitatum et Canonicorum, ut in una *Panormitana* 22. Apr. 1684, in altera

Burgi s. Sepulchri 4. Apr. 1699; quoad vero pulvinum apponendum supra sedem seu scamnum Celebrantis, negando sericum corium tantummodo indulgit, uti in *Tudertina* 24. Mart. 1612 et in *Panormitana* 17. Sept. 1670, parvum tamen interest, si non corium sed laneum sit, dummodo non sericum, quemadmodum S. C., huic dubio respondendo, sancivit.

2) Episcopi.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXIV. n. 3. 5.; *Praeses* (cap. IV.); *Veni Creat. Spir.* (genuf.).

Et rursus (imposito thure) genuflexus super pulvino incensat Episcopus SSmm (in *Parasc. ad altare SSmi*).

Caer. Ep. l. II. cap. XXV. n. 31. Deposito velo (ad altare maj.) genuflectit Episcopus super pulvino.

Ibid. n. 32.

Episcopus assist. (in *Parasc.*) genuflectit super pulvino (ante altare SSmi), iterum surgit ... rursus genuflexus super pulvino incensat SSmm.

Deposito velo (ad altare maj.) Episcopus genuflectit super pulvino ...

Ibid. cap. XXVI. n. 14. 17.

Imposito incenso Episcopus thurificabit genuflexus super pulvino SSmm (antequam incipiat process. ss. Corp. Christi).

Ibid. l. II. cap. XXXIII. n. 19.

Deposito velo genuf. Episcopus super pulvino in infimo gradu altaris.

Ibid. n. 26.

PUNCTANDI.

Punctaturae dari debent interessentibus, licet ex Decreto Episcopi applicandae essent aliis usibus, nisi adesset statutum in contrarium. S. C. E. 16. Junii 1617 apud *Nicol.* num. 7. et saepe alibi, ut refert idem *Nicol.* in *Flosculis* verb.: Distributiones sub num. 6.

Distributiones enim amissae a Canonicis absentibus accrescunt inserventibus, quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili, non obstante. S. C. C. in Civitatis Castellanae 30. Apr. 1623 et in Nicien. 18. Nov. 1628 et saepe alibi apud *Nicol.* cit. verb.: Distributiones sub num. 6.

Canonici confabulantes in choro sunt punctandi et privandi distributionibus tamquam absentes. S. C. E. in Nucerrina 7. Sept. 1591.

Canonici non interessentes Concioni tempore Quadragesimae possunt punctari, quia est defectus gravis et mali exempli. S. C. E. in Comensi 10. Maii 1580 et in Castellaneten. 20. Aug. 1602 et alibi, ut refert *Pignatell.* t. 5. consultat. 206. n. 61.

Canonici non possunt exire a choro, nisi petita venia Archidiacono sive Praesidenti per salutationem, sub poena punctationis. S. C. E. in Aprutina 18. Apr. 1616 et S. C. C. in Lunen. *Sarzanen.* 3. Junii 1702 ad 1.

Episcopus potest augere Puncturas, quando servitium Ecclesiae negligitur. S. C. C. in Civitatis Castellanae 25. 1697 apud *Monacell.* tom. 1. tit. 2. formul. 4. n. 4.

Canonici in choro vel in Ecclesia Divinis Officiis interessentes sine habitu canonicali et superpelliceo debent punctari. S. C. R. in Lunen. *Sarzanen.* 3. Mart. 1633.

Ad colligendum servitium novem Mensium, quibus residere tenentur Canonici quolibet anno, non sunt colligendae Puncturae, quasi ii, qui novem partes punctaturarum ex duodecim habuerint, servitium novem Mensium debeant satisfacere, sed ipsi dies residentiae et servitii, sive continui fuerint sive interpolati, numerandi sunt ad complementum dictorum novem Mensium. S. C. E. in Aqu-